



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

25. Quomodo Euthymium sacrificantem, lux immensa complectitur, cum astante sibi Domitiano, & quomodo Euthymius angelos se cum sacrificio ministrantes viderit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

virum vitur. Circa tempus autem mysterio-
rum (sciunt initiati quid sit, quod dico) illa
quod accepit continens, quasi oratura pro-
cumbit: famula astans clanculum illi dat pa-
nem, quem secum in manu attulerat. Hic cum
dentibus admoueretur, in lapidem congela-
scit. Mulier perterrefacta metuens ne quid si-
bi mali propter eam rem, quæ diuinitus acci-
derat, contingeret, ad Episcopum cursu con-
tendit, ac seipsam prodens lapidem ostendit,
adhuc morfi vestigia habentem, & materiam
incognitam, coloremque admirabilem osten-
dentem, simulque veniam cum lachrymis pe-
tens, viro suo cōsensuram se pollicetur. Quod
si hoc cuipiam incredibile videtur, lapis ille
testis est, qui etiamnum inter clinodia Eccle-
siæ Constantinopolitanæ asseruatur.

*Ex vita S. Euthymij Abbatis authore Cyrillo
Eremita, que habetur in Tomo Suriy 20.
Ianuarij. Contigit autem ante annum
Domini 503. S. Euthymium sacrificantem
lux immensa completitur, cum astante sibi
Domitiano. Et quomodo Euthymius ange-
los secum sacrificio ministrantes viderit.*

C A P. X X V.

EX hominibus quidem excessit Theodo-
sius, à Ruba verò ad Lauram redit ma-
gnus Euthymius, & aliquando quidem
vno sabbatorum, ille quidem Deo ministra-
bat, & ei incruentum obtulit sacrificium. Do-
mitianus autem astabat ad dexteram cum my-
stico

*Missæ incruē-
tū sacrificiū.*

stico illo ventilabro, cum iam esset ter sancti glorificatio. Terebonque Saracenus, & Chryssippi frater Gabriellus, alter quidem prope, alter verò stans intra aram, o magnam Christe tuam in Enthymium gratiam, vident ignem *Nota visionē* veluti in quodam diffusum linteo desuper descendentem, quin etiam ipsum Enthymium & cum eo Domitianum intus complexum sic circa ipsos permansisse ab initio, ter sancti usque ad completum ministerium. Terebon autem metu correptus & exterritus ab ara recessit: & non amplius audacter & temere ingressus est adita, sed in templi constitit vestibulo, cum magna in synaxim reuerentia, ut mihi postea narrauit Cyriacus anachoreta, qui hac audierat à Terebone & Gabriello, qui viderant. Aiunt verò eum quoque aliquando dixisse quibusdam fratribus, qui cum eo seorsum versabantur, quod sæpè videret terribilem angelorum visionem vna secum Deo ministrantem, & sacra contrectantem, & quod in Dominici corporis sumptione aliquos *S. Enthymii. u. sæpè videt angelos secū sacrificio ministrantes.* quidem ex ijs qui accedebant videret illuminari: aliquos autem veluti obscurari, & morte affici, quicumque scilicet erant indigni ea luce.

D. Gregorius Magnus libr. 3. Dialogorum ca. 3. Agapetus Pontifex Romanus mutū & claudum peractis Missarum solennijs, à terra erigit eidemq; post porrectum corpus Dominicum, vsque lingua restituit.

C A.